

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Vt Urbis Nostrae Proceres Ceteriq.[ue] Omnium Ordinum
Viri Ac Iuvenes, Qui Repergatae Non Tantum Per
Martinum Lutherum Religioni, Sed Et Inventi, Studiis ...
Die III. Novembris ... In Templo**

Moehring, Gottfried Victor

[Oldenburg], MDCCXVII

[Vt Urbis Nostrae Proceres Ceteriq.[ue] Omnium Ordinum Viri Ac Iuvenes,
Qui Repergatae Non Tantum Per Martinum Lutherum Religioni, Sed Et
Inventi, Studiis ... Die III. Novembris ... In Templo

[urn:nbn:de:gbv:45:1-640047](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-640047)



IN ea, proh dolor! tempora incidimus, quibus multi beatum Lutherum impune contemnere, suscepiamque ab eo sacrorum emendationem suspectam reddere, sibi honori ducunt. Cuius tamen nomen eo sanctius ad-servandum credo, quod, Lutheri spreto labore, ipsa etiam doctrinae veritas spernatur satanaeque instinctu et fides, et pietas ex hominum mentibus proseribatur.

Non disfero inpraesens de pontificiis, quibus tantae iniuriae, quoniam iuratos se Martini nostri inimicos profitentur, condonari facile possunt. Ita praeter Emserum, Cochlaeum, Fischerum, Agricola-m, Surium, Schoppium, Raynaudum, Varillasium, Maimburgium, Bosluetum, Raimundum, Bozium, quos calumniantes recen-tet Io. Frider. Mayerus, (a) Laelius Biscoliola, (b) ab Urbano VIII. pa-tribus purpuratis adscriptus, quem et eruditi Biscoliam vocant, Luthe-rum *et terrae et diaboli filium, impostorem, hominem luteum, coenosam doctrinam propagantem* appellat. Ita praeter Georgium, Saxoniae du-cem, Chirogatum, Lindanum, Bellarminum, Malvendam, Sylve-strum de Petra Sancta, Grammondum, Helfr. Vlr. Hunnium, Sta-phylum, Frommium, Serrarium, Rostium, (c) Adamus Tannerus, (d) Lutherum *apostatam, sacrilegum sacrae scripturae symbolique apo-stolici falsarium, pseudopropheta-m, pseudapostolum, diaboli discipulum, impium patrum contemtorem, superbum, ebriosum, mendacem, spurium, maledicum, scurram, seditiosum flagrionem, proprio iudicio ac conscientia damnatum, demum haeresiarcham* (e) fuisse, demonstrare satagit.

Nec de reformatae ecclesiae doctoribus loquor, qui, Io. Cal-vino nimis adhaerentes, Lutherum non promeritis convitiis pro-scindunt. Sane, qui Huldr. Zvinglii librum *de vera et falsa religione*, qui Io. Oecolampadii *de genuina verborum Christi: hoc est corpus meum, sententia* perlustrat, me vera scripsisse, fatebitur. Qui dein Zvinglii *responsionem ad confessionem Lutheri de coena magnam*, maxime litte-ras, huic libro praemisissas, dedicatorias, Saxonum principi electori Hasliaeque landgravio inscriptas perlegere non gravatur, is ipse, eun-dem in Lutherum cum Oecolampadio gravius invecum, ani-

(a) *Disp. de Catharina, Lutheri coniuge* §. 9. p. 21.

(b) *Hor. Subseciv. T. II. L. V. C. XVII. p. 428. et L. X. C. II. p. 669.*

(c) *Conf. Gerardi Meieri dissertatio, qua de divo Luthero pontificiorum reformato-rumque iudicia omittiora sistit, p. 3. 4. et 5.*

(d) *Conf. pars I. Anat. Conf. August.*

(e) *Cui cum Luthero, Emsero sic respondenti, respondere non dubito: Wann wir nicht deiner vermeinten Pöeterey (Wärde) schoneten / so wolten wir sprechen / daß du ein ehrloser lügenhaffter Bube wärest.*

animadvertet. Et, quid sibi volunt Io. Hoornbeckii (ζ) verba? Lutherus in eomerito arrogantior visus, quod adeo intemperanter tulit alios praeter se reformationis *εγροδιάντας*.

Sed de iis annotare quaedam mihi animus est, qui se quidem vel lutheranos perhibent, vel cum illis vivunt, contumeliis tamen, quibus Lutherum et eius operas afficiunt, vel priores superant, vel nullo iis modo cedunt. Quare ex animi sententia confirmo, me nihil huiusmodi viris imputare aut affingere, sed eorum uti verbis vel le, quo alii iudicium, me tacente, ferant, utrum honore Lutherum, egregium *martyrem fideique confesorem* (η) exornent, utrum privent.

Vtinam celeberrimus Ph. Iac. Spenerus, cuius alioqui nomini adsurgo, de Luthero modestius ac ejusdem reformatione locutus esset! Luther hat die Lehre / inquit (θ) in ziemliche Reimigkeit gebracht / es hätte aber nachmahls auch auff Reimigkeit des Lebens fleißiger gedacht werden sollen. Qua tamen mihi voce, Ziemlich / quod altera manu dedit, altera tollere videtur. Wir haben durch Gottes Gnade / fluunt eiusdem verba, (ι) in der seligen reformation viel Wohlthaten von Gott empfangen / aber / wir hätten es nicht dabey sollen bleiben lassen / sondern fortfahren / und was noch Besserung und reformation bedurfte / ebenfals bessern. Talia vero, teste Sam. Schelgvigio, (κ) et Th. Munzerus docuit, qui ad Seckendorffium lectorem remittit et sequentia repetit, a Luthero reformationis opus aliquatenus promotum, sed multo adhuc fermento infectum relictum posterisque sublimius adscendendum esse. Talia et, Io. Georg. Neumanno (λ) auctore, Schvenckfeldius proposuit, reformationem ecclesiae Christi adhuc aliam restare, quae media sit inter papisticam et lutheranam futura.

Wenn man an einem Hause / pergit Spenerus, (μ) lange geflicket hat und es nicht zurecht hat bringen können / läßt man dasselbe endlich ganz oder doch das meiste abbrechen / daß mans nachmahls aufs neue wieder auffbaue; welches eben dasjenige ist / was ich besorge / unsrer Kirchen vorzustehen / als die sehr verdorben ist und kein flicken hat beifsen wollen / daß Gott wohl vorhaben mag / den Bau ganz neu zu führen. Qualia et alibi (ν) tradit: Unse Evangelische Kirche ist sehr verdorben und befleckt / steht daher in einem solchem Stande / wo sie Gott einer sehr schweren Sichtung bedürfftig erkennen mag. Immo deruderibus Babelis sive papatus, in ecclesia nostra re-
fiduis

(ζ) *Summ. Controvers.* p. 615.

(η) *Dissertationes Io. Goetlieb Molleri*, quarum altera Lutherum confesorem, altera martyrem exhibuit, merentur, quae tantorum elogiorum causa evolvantur.

(θ) *Vid. Evangelische Lebenspflichten P. II. p. 484. Quod et assertum Ge. Christ. Eilmarius im Bündnen Aleinod Evangelischer Kirchen / C. IV. p. 440. carpit.*

(ι) *Vid. Evangelische Glaubenslehre / p. 1413.*

(κ) *Syn. Controv. Pietist. Art. XXVII. Qu. IX. p. 258.*

(λ) *Vid. Chil. Subtiliss. Disp. VI. de papatu ecclesiae, C. III. §. 16. p. 28, qua eadem adfert de Storchio, Stubnero modernisque Tremulis.*

(μ) *Evangelische Glaubenslehre p. 1417.*

(ν) *Glaubenslehre p. 1413.*

fidis, multa, monet: (ξ) Man siehet leyder! daß wir nicht nur / was Lutherus angefangen / da uns Gott durch ihn aus Babel ausgehen heissen / nicht fortgesetzt haben / sondern wir haben vielmehr unterschiedliches aus Babel oder aus dem Pabstthum behalten / oder wieder angenommen / daß wir also nur zu viel mit demselben Gemeinschaft haben / und / wolte Gott / wir hätten nicht mehr! Quo omnes illae querelae tendunt, quibus, adhibeo ipsius verba, den grossen Verfall unsrer Kirchen / das verdorbene Christenthum plus vice simplici ostendit. Demum vero nescit, ubi veram nunc ecclesiam inveniatur: (ο) Ach! daß ich eine einige Gemeinde wüßte / welche rechtschaffen in allen Stücken in Lehre / Verfassung und Übung alles dessen / einer Apostolischen und in Lehr und Leben Christlichen Kirchen gleich wäre! Ich will nicht sagen / daß gewiß keine einige sey / weil ichs nicht weiß: Ich muß aber mit Betrübniß bekennen / ich weiß keine einige.

Godofr. Arnoldus (π) angelum apocalypticum Lutherum vocare veretur, cuius viri laudes nunc commemorat, nunc facit, nunc fugillat. Was insgemein bisshero vor Auslegungen von ihm über das 14de Cap. der Offenbarung Johannis gemacht worden / und wie man ihn zu demjenigen Engel machen wollen / der mitten durch den Himmel mit dem ewigen Evangelio geflogen sey / ist zur Gnüge bekandt: Ob gleich weder mit der Harmonie selbiger Beheimnisse / noch andern Umständen sich reimet. Quinostros eodem loco accusat, quod nostrum *virum sanctum, divinum Lutherum*, post obitum nuncuparint. Qui forte, non absque causa, (ρ) Lutheri fervorem observat ac eiusdem non excusandas, quibus alios pungit, denominationes cumulat, ut habeat, quod, pro more novatorum, reprehendat, eiusdem auctoritatem labefactet Lutherique doctrinam imperitis deridendam propinet. Iac. Boehmius, quem Arnoldus laudat, (σ) parum honeste de lutherana religione iudicat: (τ) Ich füge euch zu wissen / daß wir in unser vermeinten Religion / da man nur immer zanket oder einander umb die Buchstaben lästert / noch mitten in Babel stehen / und ärger nie gewesen ist / da man sich rühmet / man sey aus Babel ausgegangen und habe die wahre Religion / welches ich in seinem Werth lasse. Quid? quod Lutherum, doctorem Theologum creatum pessime, ut solet, exagitat: (υ) Ward Luther nicht wieder das JEsus Gebot zum Doctor der H. Schrift nach Anti-Christlichen Gebrauch gemacht / warumb behielt er denn diesen Anti-Christlich-Teuflichen Titel vom Pabstthum? etc. Qui Lutherum traduxerit et eius doctrinam

CON-

(ξ) *Evangelische Lebens-Pflichte* P. II. p. 485. *Conf. eiusdem Evangelische Glaubens-Lehre* p. 1379. Gott hat uns aus Babel gnädig &c. *in quo* Gottes Willen abschaffen.

(ο) *Thätiges Christenthum* P. II. p. 700. & 701. *Cuiusmodi plura ex Speneri scriptis effata collegit Neumannus l. d. Diss. VII. de Reform. ecclesiae nostrae intentato.*

(π) *Unparth. Kirchen- und Keger-Historie* P. II. L. XVI. C. V. §. 23. p. 48. *Quam tamen iure comparationem Abr. Calovius, Is. Deutschmannus & Adich. Feertschius peculiaribus dissertationibus suentur.*

(ρ) *L. d. S. 28. p. 50.*

(σ) *L. d. P. II. L. XVII. C. XIX.*

(τ) *Calovii Anti-Boehmius* p. 65.

(υ) *Vid. Calovii A. B. p. 100.*



contemserit Casp. a Schvengfeld, cum pluribus Val. Ern. Loescherus (ϕ) demonstratum dederit, hic nihil addam. Qua in Lutherum mente fuerit Munzerus et Quir. Kuhlmannus, ex iis, quae sequuntur, dispalescet. (x) Ille, iuxta Hoornbeckium, appellat Lutherum einen fleischlichen Menschen / demes an Geist gemangelt: hic scribere non erubuit: Luther eiferte wieder den Päpstlichen Baal / wie Jehū / und dieses war hoch zu erheben: Er ließ aber nicht vom Pabst = Brenel hernach / wie Jehū von Jerobeams / und dieses war hoch zu schelten. Er vergnügte sich an der Schrift außern Schaalen / den innern Kern verlohrt er / und erklährte in der Schrift / was er nicht zu erklähren vermochte / dadurch er ein neuer Anti = Christ in Schaafs = Wolle ward. Cogitarunt et roscae crucis fratres, vulgo die Rosen = Kreuzer / Christ. Rosenkreuzium, fraternitatis suae patrem et auctorem agnoscentes, de universali quadam humani ac divini reformatione, (ψ) adeo quidem, ut emendationis rationem, ab Arnolde (ω) communicatam, certis comprehendere capitibus ausi fuerint. Quam nunquam sperandam iure meritoque dico, fretus illo, quod in pari causa Mart. Bucero responsum fuit: (a) Das fürgeben / man soll auff eine neue Reformation denken und viel nachgeben / das verstehen wir nicht anders / denn das wir von unser Lehre und confession weichen sollen. Das würde eine neue Zerrüttung und unsrer Kirchen Zerstörung machen. Quam ob causam et Christ. Democriti, five Io. Conr. Dippelii spem nullius momenti puto, qua sacrorum sibi correctionem imaginatus: (b) Durch die orthodoxie ist ein unordentlich gottloß Leben eingeführet worden / sie tangt im Grunde / auch in abstracto, nichts / und widerspricht schier in allen articuli der Göttlichen Wahrheit / das darü die so genannte Lutherische Kirche so wohl in der Lehre / als welche im Grunde falsch ist / als auch im Leben einer grossen Reformation benötigt ist. Qui orthodoxiam lutheranam meretricem et bestiam vocitat, immo ut prostibulum ad catastam affixam garrit, Christumque nusquam imperasse, ut recte sentiamus, pronunciat. (c) Qui contra omnem rerum gestarum notitiam reformationis honorem Luthero detrahit, ipsique Schvenckfeldio, Iorifio, Mennoni, ceteris adscribit, quod Ge. Frider.

B

Frider.

(ϕ) *Disp. de Schvengfeldismo in pietismo rennato C. 1.*

(x) *Vid. Gottlieb Vuernsdorffii Dispp. de methodo pontificiorum, conciliandi pacem cum protestantibus per viam auctoritatis, Th. IX. S. 7. p. 45. Deque Fanaticis Silesiorum, speciatim Kuhlmanno S. XXVII.*

(ψ) *Conf. Io. Olearii Syn. errorum Fanat. maxime praefationis p. 13. Quam prolixè reformationem Arnoldeus l. d. P. II. L. XVII. C. XVIII. S. 13. seqq. deducit.*

(ω) *L. d. C. XII. S. 21. p. 650 & 651.*

(a) *Schelguigi Syn. controu. Pietist. Art. XXVII. Qu. X. p. 260. Reformationem etiam ecclesiae non necessariam dicunt Theologi Vitembergenses in der Christ = Lutherischen Vorstellung p. 33 & 74. Deutschmannus in der Antwort der Theol. Facultat zu Wittenb. über die Christ = Lutherische Vorstellung p. 208. 209. seqq. Vuernsdorffius in dem Reformation = Fest der Evangelischen Kirchen p. 39.*

(b) *Dedit operam Erdm. Neumeister / ut p. 1670 & 1671. der Priesterlichen Lippen ineptias Dippelianas ex ipsius operibus exciperet: quare actum agere nolo.*

(c) *Conf. Loescheri in iis academicis, imprimis eius prolusionem p. 16.*



Frider. Stiebero (d) debeo. Multo impudentior est Frid. Brecklingius, haec subiungens: (e) Mit Lutheri Reformation sey es noch ärger hinaus gelauffen / als mit des Josia seiner. Das letzte sey ärger worden / als das erste. Quid porro obest, quo minus Io. Michaelis et Io. Tennhardi mentionem iniiciam. Illi certe meditatio stulta perplacuit:

Luther seines Glaubens hat gehabt nicht festen Grund /
 Drum er so wackelbahr mit Feder und mit Mund:
 Ursach / ihm ist das Reich Christi nicht worden kund /
 Daher auch so verstockt bleiben die Babels Hund.

Hic iniqua de Luthero evomuit, ut omnium eundem vocatione divina spoliaret. Er (Luther) hat sich selbst gemein gemacht / indem er eher und mehr gedonnert / als er Befehl empfangen / nach seinem eignen Willen und Wohlgefallen: Drum ist es auch nicht nach Wunsch ergangen / weil er das Reformations-Werck nach eignen Willen angefangen / und ist nichts / als Krieg und Uneinigkeit daraus entstanden / in vielen Landen. (f) Io. Vuarnerus, referente Arnolde, (g) futuram lutheranismi emendationem sic depingit: Der Heilige Geist wird die Welt noch einmahl erleuchten / viel Heyden und abgöttische Völcker noch zu bekehren / und denen (Lutheranern) die jezund im Lichte leben / aber die Wercke der Finsterniß treiben / zum dreysfachen Bericht / zur dreysfachen Verdammniß. Aliam ingressus viam Ier. Heracl. Christianus, (h) quippe qui in praefatione (Vorbericht) *Lutheri ante lutheranismum* non quidem novam sacrorum emendationem urget, interim modo hoc, modo illud in electo isto Dei organo reprehendit. Excerptam bona fide quaedam, ut ex cantu avem omnis colligat. Qui optime quidem orditur tantique viri laudes profus egregias adfert, non tamen ita multo post haec et talia subnectit: Da ihn (Lutherum) hernach die falsche Delila mit weltlicher Ehre und Ansehen / mit Ruhm und Gunst der Menschen / auch selbst der Grossen in der Welt begunte zu schmeicheln: == geschah es bald / daß bey ihm die Evangelische Lauterkeit und das Licht (wie in dem Mond) nachgerade wieder abnahm / und sein Muß und Eysen aus Gott / und die erste Krafft und Stärke seines Geistes nach und nach immer mehr geschwächet wurde. Sequenti pagina haec lego: Das muß ein verständiger und sonderlich ein erleuchteter Christ ja gestehen / daß Lutherus die Kirche / wie man redet / lange nicht völlig wieder zu ihrer ersten und Apostolischen Reinigkeit und Lauterkeit gebracht / oder gänzlich reformiret habe. Eiusdem ea sunt valoris, quibus continuavit: Es hat sich leyder der liebe Mann hernach durch mancherley Versuchungen von solchem lautern Evangelischen und Neu-Testamentischen Sinn wieder lassen abwendig machen / daß er von neuen wiederum alles an äußerliche Satzungen und Kirchen

(d) In der Vorrede über *Mathesii Historien von Luthero* p. 8.

(e) *Conf. Unschuldige Nachrichten des 170sten Jahres / in der 2ten Ordnung* N. III. p. 151. 152 & 153.

(f) *Haec & similia reperies, benevole lector, in praediiti Theologi, Neumeisteri Priesterlichen Lippen / quem omnino librum aestimo, licet eum auctor des bes beschäftigten Secretarii, expedit. XXX. N. CCCLXIII, parum commendat.*

(g) *L. d. P. III. C. XXIII. §. 15. p. 230.*

(h) *Commemorat Stieberus d. l. ex Io. Fechtii lectionibus publicis de consensu & dissensu religionum fundamentali, loca Lutheri B. P. Carln congozisse, sed Arnoldum illud scriptum confecisse. Quale praefationi suae, quam Mathesii vitae praemisit, integrum Stieberus inseruit.*

Kirchen = Gepränge / wieder die rechte Art des neuen Bundes und wieder die praxin der ersten und Apostolischen Kirche / gebunden = daher dan das Werk des HERRN / welches im Anfang / unter seiner gesegneten Hand / so trefflich fortgegangen / bald ins stecken gerathen.

Plura tandem repetere desino, quae honorem Lutheri nostri laedere, immo lutheranam vel pervertere, vel criminari religionem videntur. Qui certus sum, esse potius veritatis divinae amico, pro tantis laboribus, cum vitae periculo exantlatis, habendas gratias, quam aut Lutherum, aut reformationem eius contumeliis onerandam. Qui divinum ipsius institutum cum *γυναικός* lutheranis collaudo grataque mente ad Deum confugio castissimisque precibus adeo, ut exortam ante ducentos annos doctrinam veram benigne conservet et ad posteros, absque temporis exceptione, propaget.

Qua omnino mente fuerunt aeternae memoriae principes electores, marchiones, episcopi, duces, comites aliique S. R. I. in Germania ordines, quorum nomina praefatio, concordiae praemisfa, exhibet. (i) *Ingens Dei O. M. beneficium est, quod postremis temporibus et in hac mundi senecta, pro ineffabili amore, clementia ac misericordia sua, humanogeni lucem evangelii et verbi sui, per quod solum veram salutem accipimus, post tenebras illas papisticarum superstitionum, in Germania, carissima patria nostra, puram et sinceram exoriri et praelucere voluit. Nec aliam amplexi sententiam ceteri, qui confessionem fidei Carolo V. obtulerunt, principes ac senatus, quin solliciti fuerunt, ut pura semper in provinciis suis permaneret religio et inconcussa staret. Ex quibus sigillatim pientissimus Anhaltinorum princeps, Gvolphgangus tantam constantiam declaravit, ut relinquere de eodem non nemo non dubitarit,*

*quem nec pontificum vultus, non gloria regum,
non fallax reprobi pervertit gloria mundi. (k)*

Quocum, etiam post fata laudibus exquisitis cumulandus Georgius, Anhaltinus princeps aequae, ac Magdeburgensis et Misenenfis praepositus, fecit, cuius praeclaras ego virtutes Vitembergae peculiari dissertatione exposui, adeo quidem, ut Lutherum et Melanchthonem non tantum consuleret et ab iis iterata responsa acciperet, (l) sed et emendatam religionem publice reciperet suosque ciues ipse instrueret.

Et,

(i) Leguntur haec verba ipso statim praefationis praedictae initio.

(k) Quod elogium Io. Christ. Beermannus P. V. L. II. C. XII §. XXV, p. 149. der Historie des Fürstenth. Anhalt repetitit. Quo ea spectant, quae l. d. §. VII. p. 141 §. 142. attulit. Ich hoffe zu GOTT/ litteras dedit ad serenissimam matrem, Margaretham, er wird sein GÖttl. Wort wohl erhalten / obs gleich dem Teufel und aller Welt leid ist. Augustae Vindelicorum animi sententiam hunc in modum communicavit. Er wolte lieber einem davor die Stiefel ausziehen und sich Land und Leute verzeihen / und an einem Stecken davon gehen / denn / daß er solte eine andre Lehre dulden oder annehmen. Qui, cum Georgio, Marchione Brandenburgensi, praesente imperatore Ferdinandoque rege, sequensibus usus, eht sie ihren Gott und dessen Evangelium verläugnen, wolten / so wolten sie ihnen lieber die Köpfe abschlagen lassen.

(l) Vid. Beermannus l. d. C. XIV. §. XII. seqq. et eund. Access. Hist. Anhalt. P. II. X. III. et IV. p. 92, 93, ad 116.

Et, quis quaeso est, qui nesciat, principes electores Saxonum, Fridericum III, Io. Fridericum, Mauritium, Augustum, Christianos, Ioannes Georgios tantopere Lutheri doctrinam adamasse, ut et dignitatum iacturam passi sint, et pro aris omnium constantissimi dimicarent. *Quinam illi sunt, quaerit Ge. Lani, (m) qui toto terrarum orbe, omnium primi confessionem fidei orthodoxae, auspiciis B. Lutheri, ex papalium errorum caligine tenebrisque plus quam cimmeriis, erutam, susceperunt, susceptam propagarunt propagatamque, cum vitae et fortunarum discrimine, redimere non dubitarunt? principes et electores Saxoniae.* Operae pretium arbitror, de Io. Georgii I, principis electoris Saxonū, in primis cura disferere: qui nihil sibi antiquius duxit, quam ut annum saeculare primum, in Dei gloriam, celebraret suisque celebrandum solemniter ratione demandaret. Quarum feriarum primordia fuere non tantum XXVI. sed et XXX Octobris dies, ita tamen, ut ipsius festi solemnitas XXXI, dicti mensis die observaretur, neque minus I. et II. Novembris et auscultatione verbi divini, et sanctae coenae administratione pergeretur. Qui pro concione interpretandum praecepit, prima festi evangelici luce, psalmum Davidis LXXVI. una cum XII. Danielis capite, secunda LXXXVII. psalmum una cum 6, 7, 8, 9, 10, 11, et 12. commatis C. XIV. Apocalypseo, tertia vel receptum evangelium cum epistola, vel XLVI, vel etiam XLVII. psalmum, vel aliud quoddam sacrarum litterarum caput sive oraculum, rei ac temporis congruum. *Qui et hymnos, immo preces, divino cultui inservientes, neque minus Lipsiensi ac Vitembergensi academiis praescripsit, uti singulis per totam septimanam diebus disputationes pereruditas defenderent, studiosaeque iuventuti tam excellentem reformationis fructum inculcarent.* Cui Io. Georgii divi mandato in suis se terris conformem praebeuit Saxonum tum temporis dux, Io. Casimirus, nil omnino negligens, quod Numinis aeterni gloriam promoveret. Nec possum, quin aliquid de aureis simul, ac argenteis XXXIX. numis, quos in posterorum usum et notitiam Ern. Sal. Cyprianus (n) communicavit, adiungam. Siste primus, secundus, tertius et quartus numus aureus, quid? quod primus argenteus ad sextum Friderici III, vestitu electorali induti gladioque praediti imaginem mediam, cum inscriptione: *SECVLVM LVTHERANVM, 1517. et insigni electorali.* Adversa vero facies Io. Georgii I, eodem modo et vestitu et gladio ornati, imaginem mediam cum nomine: *IOHANNES GEORGIVS;* sequentibus verbis: *VERBUM DOMINI MANET IN AETERNVM, 1617.* neque minus electorali Saxonico insigni. Offert septimus idemque argenteus numus olorem, flumini innatantem, immo ex nubibus conspiciendum nomen Iehovah, cum inscriptione: *OLOR INVICTVS VIRTUTE DIVINA,* et circumscriptione: *MEMORIA IVBILAEI EVANGELICI Ao. MDCXVII. Versa ve-*

ro

(m) *Mausöl, Sax. Tripart. P. I. panegy. I. p. 4.*

(n) *D. I. praefationis, Tenzels commentationi praefixae, Conf. Christ. Lunckerus in güldenen und silbernen Ehren- u. Gedächtniß Lutheri p. 368. seqq.*

romoneta dat Mart. Lutheri, cucullo vestiti simulacrum iconicum, sequentibus verbis: MARTINVS LUTHERVS, ECCLESIAE VVITTENBERGENSIS DOCTOR, ANNO MDXVII. AETATIS XXXIV. Exhibet decimus tertius, qui fere cum duodecimo convenit, ab una parte Lutherum et angelum, modicum accensa candela detrahentes, nec non librum in mensa, cuius titulo: BIBLIA SACRA. In simul in nubibus nomen Iehovah adparet, quibus singulis subscriptum: 1617. et inscriptum: FVLGEAT AETERNVM. Ab altera liber apertus, sero circumdatus, cui alata tuba imposita, conspicitur. Liber hac gaudet inscriptione: VERBVM DOMINI MANET IN AETERNVM, cui subscriptum 1617. et circumscriptum: GEDECHTNIS DES EVANGELISCHEN JVBEL - JAHR'S Allegat auctor des beschäftigten Secretarii, (o) ex Christ. Henr. Rithmeieri Vorberreitung zum in stehenden Evangelischen Jubel - Jahr et antiquam monetam, quam omnino raram huic inserere dissertationi placet. Habet prima pars hos rhythmos:

Jetzt jubiliert die Christenheit
Und danckt Gott für die Gnaden Zeit /
Da Doctor Luthers Hand und Mund
Sein Wort der Kirchen machte kund.

Adversa iconem Lutheri cum lemmate: Schäume dich nicht des Zeugnißes meines Herrn; item: Schäm dich auch meiner nicht. Ex quibus Dresdae, Francofurti, Spiraе, Erfurti, Halae in Suevia, Magdeburgi, Norimbergae, Ratisbonae, Argentorati, Vlmae, Vormatiae, alibi CCCCXVII. cufis numis unusquisque, si velit, iudicium ferre poterit, utrum tot in Lutheranis tum inimici Lutheri fuerint, quot praesens tempus aluit et adhuc alit.

Sunt tamen praepotenti Deo et nunc persolvendae laudes, qui fidei suae defensores interire non patitur, sed huiusmodi cogitationes suggerit, quippe quae, fremat licet pontifex et eiusdem socii, ad conservandum Dei honorem Lutherique, imperterriti illius servi, faciunt. Non id adferam, Io. Georgium II. A. R. S. CCCCCLXIII. iussisse, uti quotannis, die Octobris ultimo, Lutheri memoria renovaretur: nec commemorabo, Suecos primum CCCCXCIII. anni sui saecularis rationem habuisse Deoque ecclesiarum salutem commendasse: sed de praesenti temporum intervallo pauca proponam. Quo perspectum habeo et exploratum, regem Danorum Fridericum III. tuis serio imposuisse subditis, ut XXXI. mensis Octobris, immo I, V et VII. Novembris diem iubilaeo consecrarent beneficium divini recordarentur. Nec inficias ire possum, Christianum, qui Leucopetrae Saxonibus praest, ad praescriptum conventus Ratisbonensis evangelici, principibus concessisse Saxonice, uti pro arbitrio, in suis provinciis, praesenti non modo tempore, Lutherum laudibus efferrent, sed et Numini summo gratias nuncuparent. Manifestum etiam, Fridericum II, ducem Saxo-Gothanum operam navasse condignam, quo et adpropinquantes dies festos, in honorem divinum, agerent subditi, et ipsius Guil. Ern. Tenzelii, in bibliotheca principali adservatum ortumque ac progressum reformationis delineans, scriptum, auctore Cypriano, prodiret. Quod et curae fuit cordique serenissimo Anhaltinorum principi, Carolo Guilelmo, patriae patri, principi ac domino meo multo clementissimo, qui et Anhaltinis suis, et Ieveranis tam insignem Dei gratiam peculiari dispositione ante oculos posuit,

(o) *Expedir.* XXX. N. CCCLI, p. 490.



fuit, et sermone sacro, ad praeparationem pertinente novemque aliis concionibus, tribus continuis diebus, cohonestandum Deum laudibus, iniunxit.

A principibus denique ad obscuro loco natos, eruditos tamen accedo. Quos dum contemplor, negare non possum, me prope innumerabiles deprehendisse, qui amplissimis Deo gratias verbis egerunt gratissimoque conatus Lutheri animo agnoverunt. Ex quibus tamen paucos sistam, ut ex abundantia confirmem, et in reformatis, et in pontificiis quosdam extitisse, qui beneficii tanti, per Lutherum exhibiti, se non immemores praebere. Pareus (p) Martinum sic collaudat: *Deus pro immensa sua sapientia atque potentia, ut in principio ex tenebris lucem eduxit, ita tunc, per Lutherum, ex indulgentiis evangelium, ex malo bonum, ex mendacio veritatem, ex superstitione religionem, e servitute libertatem ecclesiae restituere cepit.* Theod. Beza in iconibus suis de Luthero haec habet:

*Roma orbem domuit, Romam sibi papa subegit,
Viribus illa suis, fraudibus iste suis.*

*Quantum isto major Lutherus, major & illa?
Istum illamque uno qui domuit calamo.*

*I nunc, Alciden memorato Graecia mendax,
Lutheri ad calamum ferrea clava nihil.*

Quale carmen Ger. Meierus (q) repetiit. Dan. Chamierus (r) in Lutheri se laudes adeo diffundit, ut meliorem mihi vix testem exoptem: *fatemur ingenue, Lutherum suos etiam naevos habuisse, quos ipse agnovit. Negamus vero, probari posse, illum impuram et flagitiosam vitam vixisse, quin potius exemplum verae pietatis, sobrietatis, castitatis, diligentiae, pii Zeli et aliarum id genus virtutum fuisse, ipsis etiam adversariis saepe fatentibus.* Provocat, ut dictis fidem tribuat, ad Erasmus, sic scribentem, *vitam ejus, magno omnium consensu, probatam fuisse, nec hostes ejus in ipso reperire potuisse, quod iure calumniarentur.* Th. Gauterius (s) expressis tradit verbis: *Dominus antichristum percussit spiritu oris sui, gladio sui verbi a generosis et invictis viris, Luthero, Zvinglio, Calvino, qui eius iugo subtraxerunt ferme dimidiam populorum partem, quibus imperabat, et reliquam dubiam fecerunt, ac ad ultimam eius πανολεθριαν viam, rationes et media suppeditarunt.* Qui licet Zvinglium pariter, ac Calvinum cum Luthero comparet, Lutherum tamen, ceu par est, simul extollit, nec promeritas ipsi ac eiusdem reformationi laudes denegat. Ipsos etiam reformatos, pro tanta Lutheri industria, saeculo praeterlapso, immortalis Deo gratiam retulisse. Cyprianus et auctor des beschäftigten Secretarii (t) testantur.

Quo istas omnes iure, quibus Lutherum prosecuti pontificii, laudes refero. Recenset Jo. Gerardus, (u) Henr. Phoenicium Luthero tale testimonium

(p) Vid. Act. Inbil, Heidelb. p. 38.

(q) D. l. p. 10.

(r) Panstr. Cathol. T. V. L. II, C. XIII. §. VII. p. 103.

(s) Theol. didact. C. XXXVIII. §. VIII. p. 522.

(t) Expedit. XXX. l. d. p. 494.

(u) Conf. Confess. Cathol. L. I. P. I. C. VI. & VII. Habere in promptu, quae ex Lutheranorum scriptis proferre valerem testimonia, nisi rem ipsam supervacaneam crederem, ac talem, quam nemo prudens negabit. Mihi tamen temperare neque o, quin unum Irid. Myconium, cuius MSicum de Lutheri reformatione nuper admodum ex Gothana bibliotheca publici iuris fecit Cyprianus, in memoriam revocem. Quo de Paullus Freherus Theatri Vir. erudit. clar. P. I. Sect. III. p. 147. perhibet, ad Annamontanos eundem litteras misisse gratiarum actiones, quod liberatus sit ex captivitate Pharaonica, immo illos abortivum esse, ne pontificios animarum metuerent devoratores. Repurgatae, post Deum, religionis gloriam recte Luthero tribuendam esse, contra Gualterum, Pezelum, Beutherum, Amyraldum, Regenvolscum, Hornium, Hottingerum, Arnoldum, Vuernsdorfius evicit Aug. Confess. Hist. §. I, II & III.

monium tribuisse : bonus ille, pius et christianus homo, M. Lutherus summa ope nititur, ut nos e captivitate Babylonica rapiat : at nos coeci sumus et in carcere cum voluptate permanere volumus, cum potius Deo gratias agere, et, qui nobis hunc, velut Eliam quendam, misit in angustiis nostris, orare deberemus indefinenter pro tanti viri vita. Andr. Mafius in praesentia pontificiorum lutheranorumque confessus, Theologiae solidae plus esse in uno Lutheri folio, quam interdum in toto patris alicuius libro. Paullus quoque Langius Lutherum venerandum virum et profundissimum theologum, theologorum suae tempestatis omnium facile sapientissimum principem dixit. Et sane nescio, an, cum Luthero faciens, Lutherum melius adloqui possit, ac Jo. Staupitius illum adlocutus : euge, mi Martine, hoc mihi arridet, quod non in hominum gratiam, sed ad honorem Dei, cui nimium dari non potest, omnia tua studia dirigit.

Quod ipsum ut memoriae imprimerent sibi que dictum putarent singuli, disciplinae meae commissi, sua scilicet ut studia ad honorem divinum, exemplo Lutheri, dirigerent, nec ad vana, vel inutilia suos animos adirent, ad praesens usque tempus nunquam non ipsis auctor fui. Qui eruditionem piam et eruditam pietatem in oculis fero ipsisque dicentibus et humanitatis studia, et rerum sacrarum notitiam commendando. Quod mecum et ceteri faciunt, qui, Dei pariter, ac principis nutu, juventutem erudiunt artesque non tantum liberales, sed & sacra illi proponunt. Quorum unusquisque de insigni reformationis fructu in sua classe non tacuit, sed discipulos pro captu instruxit, immo, per integram hanc septimanam, laboribus finitis ordinatis, Dei gloriam hymnis amplificavit. Quos quia princeps piensissimus praecipit, laeti tam religioso clementique mandato praecipites subscribunt, patriaeque patre iubente, illustrem hanc scholam frequentantes concinunt, non ignorantes, saepe et liberos cum emolumento, saepe pueros et infantes cum beneplacito Deum collaudasse.

Sed ad institutum revertor deque *juvenum quorundam* laboribus, ad Dei gloriam pertinentibus, lectores certiores reddo. Qui silentio praetermittere festivitatem tantam noluerunt, sed pro viribus suis eandem exornant. Qui divo Luthero gratias agere publicas decreverunt & ea, me sive duce, sive comite, congesserunt, quae, nisi me omnia fallunt, sufficientem satis de tanto negotio relationem promittunt. Sigillatim

Antonius Nicolaus Haselbachius, Feddervarda-Knephusanus,
Henrici Haselbachii, pastoris quondam primatii natu minor filius, in enarrandis praesagiis, quae emendationem antecessere, operam omnem figet, adeo quidem, ut de Jo. Husso, Hier. Pragensi, Jo. Vuessele, Jo. Keisersbergio, Seb. Brandeo, Jo. Hilteno, Andr. Prole, Mart. Pollichio, Flecke, Friderico III, Zacharia, vate divino aliisque nonnihil recenseat. Quem

Hermannus Christianus de Munzbruch,
viri generosa dignitate meritisque ornatissimi, D. Jo. Godofr. de Munzbruch, quem magnanimus Anhaltinorum princeps fundandis reparandisque aggeribus praefecit, natu major filius excipiet auditorisque causas primarias, quae Lutherum ad religionis emendationem impulerunt, nempe corruptelas doctrinae pontificiae pessimas, immodica indulgentiarum praeconia, immo perversissimam vitae rationem, splendidissimo pluribus exponet. Cui tertius,

Jo. Antonius Koenigshaven, Nienburgo - Oldenburgensis,
Henrici, serenissimae quondam, divi Antonii Guntheri, viduae pincernae, filius succedet, deque facinoribus, scriptis adversus Lutherum, concionibus et morte Jo. Tezeli, indulgentiarum nundinatoris, ex fide dignis scriptoribus quaedam excerpit. Cuius vestigiis insistet

Jo. Daniel Trempenau, Grimma - Servestanus,
viri plurimum reverendi clarissimique, Jo. Isaaci natu maior filius, quippe qui, praemisso brevi de Sim. Heimso, Jo. Bugenbagio, et Paulo Ebero discursu, de vita Lutheri, primi illius repurgatae doctrinae auctoris, verba faciet & vota pro ecclesiae salute devota subiunget. Sequetur quintus,

Jo!

Jo. Georgius Sonne, Jeveranus,
civis integri & ante aliquot annos defuncti, Niels Sonnii filius unicus, qui non modo
Conr. Vuimpinae, positionum Tezelienarum auctoris primique doctoris nostri adver-
sarii vitam delineabit, sed & ipsas ita dictas antiheses examinabit earumque valorem
declarabit.

Bernardum Dieterici, Abbeiusa - Butiadum,
honesti parentis, Bernardi gnatum quod attinet, is ipse primos Lutheri inimicos,
Maximilianum II. Carolum V. imperatores, Leonem X. pontificem, Jo. Eccium, Sylv.
Prieriasem, Jac. Hochstratum depinget, nec silentii populo principes et eruditos, Lu-
theri amicos, *Fridericum III. electorem Saxonum, Gholphangum & Georgium, principes*
Anhaltinos, Phil. Melanchthonem, Nicol. Amsdorfium, Just. Jonam involvet.

Christianus Carstens, Minsa - Jeveranus,
Christiani, pastoris olim primarii filius, *redundantem ad Christianos tentatae reformationis*
fructum ostendet atque adeo *ecclesiam romanam falsam, nostram vero veram* pronuntiabit.

Actui demum oratoris finem imponet, qui primus perorarat, *Hafelbachius*, a com-
militonibus suis allata *carmine heroico* paucis repetens auditoribusque singulis, pro at-
tentationis favorisque specimine, seipsum cum condiscipulis multo gratissimum praebens.

Quare ea, qua decet, observantia, eo, quo par est, amore omnes, qui exor-
tam evangelii lucem depraedificant quique studis studiosae juventutis bene cupiunt, ge-
nerosissimos nempe, *iurium consultissimos, maxime reverendum, amplissimos, experientissimos,*
plurimum reverendos clarissimosque viros invito, ut bona cum venia dicturis adesse, ad
diem III. Novembris, audita statim hora I. pomeridiana, in templo opidano compatereme-
isque praesentia sua exoptatissima addere calcari non graveatur, quo praemeditata re-
citare tantumque reformationis negotium suis, exiguis licet viribus, illustrare possint,
Dabam Jeverae in Frisia, XXVI. Octobris die, C1313CCXVII.

